Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



13

quanto magis impius
& peccator.
Qui diligit disciplinam dili
git scientiam: qui autem odit
increpationes insipiens
est. Qui bonus est haurietur
a domino: sed vir prudens
confidit cogitationibus suis
impie agit. Non roborabi
tur homo ex impietate &
radix iustorum non com
movebitur.
Mulier diligens corona viri
sui & putredo in ossibus eius
quae confusione vertitur
gerit. Cogitationes
iustorum iudicia & con
silia impiorum
fraudulenta.
Verba impiorum insidiantur
sanguini: os iustorum
liberabitur. Vertere impios
& non erunt domus iustorum
manebit.
Doctrina sua noscitur vir
qui autem vanus & excors se
patebit contemptui.
Melior est pauper & sufficiens
sibi quam gloriosus
& indigens pane.
Novit iustus animam
iumentorum suorum viscera
autem impiorum crudelia.
Qui operatur terram suam
satiabitur panibus:
qui autem sectatur otium stul
tissimus est. Desiderium
impii munimentum est
pessimorum. Radix autem
iustorum proficiet.
Propter peccata labiorum
ruina proximat malum:
effugiet autem iustus de
angustia. De fructu
oris sui unusquisque
replebitur bonis: &
iuxta opera manuum
suarum retribuetur ei.
Via stulti recta in oculis
eius: qui autem sapiens est
audit consilia. Fatuus
statim indicatur ira sua.